

Johann Langemack

**Lessus Memoriae Viri ... Dn. Henrici ab Hatten/ Icti longe Celeberrimi, Comit
Palatini Caesarei ... Daniae Regis, & Sereniss. Slesv. & Hols. Ducis Consilarii &
Cancellarii Provincialis ...**

Slesvigae: Holwein, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76633726X>

Druck Freier  Zugang







UNIA
DEN

1783 21 Kuffen


Ac-12^{1-12.}
1-51 <R>









116







LESSUS

Memoriæ

VIRI

Plurimum Reverendi, Magnifici, Nobilis, & Excellentissimi

DN.

DN. HENRICI ab **Gatten**/

Jcti longè Celeberrimi, Comitis Palatini Cæsarei, Serenissimi & Potentissimi Daniæ Regis, & Serenis. Slesv. & Holf. Ducis Confiliarii & Cancellarii Provincialis Ducatum Eminentissimi, itemq; Canonici Capituli

Slesvicensis Vigilantissimi,

consecratus

à

JOHANNE Langemaken.

 SLESVIGÆ excudebat Johann Holwein / Anno M DC LV.



Cilicet attonitos iterum stupor occupat artus,
Et pallor novus ora notat, dum crebra dolendi
Materies & causa redit, totiesq; quotannis
Solvimur in luctus, nec in unâ morte quiescit
HEROUM Libitina potens: tot fata Virorum
Vidimus (heu!) miseri, tot magni nominis Umbras

Extulimus, largis maduerunt imbribus urnæ.
Flevimus ATLANTUM PATRIÆ, Terræq; Deorum
Illustres obitus, ubi Cimbria tota ruebat
In lacrymas, tanto metuens in funere funus
Ipsa suum, crudo necdum sub pectore vulnus
In sanum coit: penitâ stat mente repostum.
Nec tantum cecidisse Duces, summosq; dolemus
Terrarum Dominos; super hos tot Fulcra Potentum,
Tot rigidos Juris Proceres, tot Cymbala cætus
Doctorem, patrii tot fulgida Sidera mundi
Luximus ad tumulum: testor vos Numina, testor
Vicinum Slejam, toties qui gurgite vasto
Intumuit, fluctusq; suo congestit in alveo,
Ut posset plorare magis. Quot funera passim
Atrata clamant vestes, peplicq; fluentes,
Informesq; habitus? udone natantia rore
Tot Matrum nostris subscribunt lumina dictis?
Quid multis? longam neq; enim nunc texere telam
Ordiam, ah! mecum flet adhuc domus orba *Jugertum*
Præsidium Columenq; sui, quem vivida Virtus
Vexerat ad superi tabulata nitentia tecti;
Ipsa stupefendo mellitæ flumina Suadæ
Purpura libabat, mirabaturq; decorem
Eloquii, faciles laudabat Cimbria mores.
Si memini, *Jugertbe*, Tui, fluit ilicet imber
Ex oculis, gemitusq; nequit tam limite parvo
Arctari, subito rumpens præcordia motu:
Sed quid ego? nondum ferales Parca cupressos
Amoveret, ecce novis fumant jam limina taxis,
Et licet infensi sæva inclementia lethi
Abstulerit geminos, Patriæ duo Lumina, Natos,
Subsequeris, VIR MAGNE, tamen, nescitq; piari
Hactenus (at quantis!) Cælum implacabile fati.
Tu quoque restabas, & adhuc crudelibus umbris
Persephones donandus eras: non mellea fandi

Copia

Copia, non ipsos æquans Prudentia Divos,
Ingenii non ignea vis, non commoda morum
Temperies, partæ non nobilitatis honores,
Quam reculit meritis Manus Augustissima dignis
CÆSARIS (Ipsa quidem Virtus sibi plurima merces
Sic licet, invitam tamen hanc vestigat & ultro
Gloria sectatur) non totum fusa per orbem
Fama potest lentis remorari stamina fufis.


Viderat HATTENIAM, tabescebatq; videndo
Livor, sidereas jam radere vertice sedes,
Fortunâ famulante, domum, succedere votis
Omnia, nec multo turbari gaudia luctu,
Protinus indoluit tantæ fastigia fortis,
Et veluti Gyaris clausus, parvâq; Seripho
Æstuat interius (quid enim? Sublimia semper
Invidiæ subsunt telis, nec fulmina parcunt
Montibus, & rutilo sese qui prodit in auro,
Sæpius obruitur densâ caligine Titan)
Hinc, veluti glacies dubio fit faucia Sole,
Liquitur, & nigro linquit squallentia tabo
Limina (talis ei domus est) subit impigra sedes
Infernas, aditus deformes. Monstra malorum
Hic habitant, malesuada Fames, Luctusq;, Timorq;,
Nec non spinosis squallent informia curis
Atria, continuam videas examine longo
Morborum duci seriem : sedet Atropos intus
Fila repentè secans, & causas mille necandi
Cogitat, hanc circum tot conclamata recumbunt
Corpora. Tum verò tenuisse silentia nescit
Ulterius Livor, suffusaq; lingua veneno
Solvitur, & tales erumpunt pectore voces.


Quis, sociæ, vos torpor habet? Clementia qualis
Corrupit vestros intempestiva furores?
Siccine tranquillum finitis nunc ducere mundum
Otia, sic placidis revocabitis aurea terris
Secula, dum Cœlo regit hic Astræa relicto!
Nondum *Gloxinii*, nondum me fata *Jugertii*,
Mundeniq;, rogos, nondum me funis acerbum
Soltovii satiare valet. Complura supersunt
Nomina, quæ justæ subeunt sacraria Divæ.
Scilicet HATTENIAM super æthera crescere stirpem
Cernitis, & toto sese diffundere mundo:
Hinc tot Justitiæ Proceres, tot germina Juris,
Tot Servatores Legum, & Virtutis Alumni,
Hinc tot Pierii generantur Corcula cætus.
Rumpe moras: quid enim? si jam, Proserpina, cesses
Hoc delere genus, Themis in regalibus aulis,
Cumq; Fide Pietas cervice vagabitur altâ.

His

His ubi pestiferam verbis patefecerat iram,
 Obliqui stabant oculi, rubigine dentes
 Livebant, tetricum spumabat in ore venenum:
 Impatiensq; moræ precibus regaliter addit
 Sæpe minas, punctoq; simul macrescit in uno.
 Tum verò spurcis ferrata sedilia monstris
 Nudantur, venit atra cohors, sequiturq; meantem
 Morborum numerosa seges, quos ultima Clotho
 Excipit, injustis parens violenta petitis.
 Nec mora: pestiferos jam senserat EIDORA fluctus,
 EIDORA, qui lentis, solito jam tristior, errat
 Flexibus, & reliquas ad planctus allicit undas,
 Quæ dant finitimis lugubria murmura ripis,
 Et jam Magnifici non inficianda Parentis
 Morte cadit Soboles, sed adhuc viridantibus annis,
Detlevus, niveis venerandæ Matris in ulnis.
 Ac veluti liquidam trudit fluviatilis undam
 Unda, novum ducunt itidem sic funera funus
 Ex alio, necitq; dolor subsistere simplex.
 Hinc, ubi vulneribus nondum subducta cicatrix
 His erat, heu! patriis rumor novus advolat oris,
 Nunc aliud Generis peregrino fidere Sidus
 Exstinctum, cecidisse simul Genitoris amorem
Balthasarem, quem jam poscebat publica moles,
 Regia quem placido spectabat purpura vultu.
 Et nondum modus ullus adest, ipsumq; PARENTEM
 Mortis avarities invisas mittit ad umbras.
 Haud secus expleri nequirit? quid inertia terræ
 Pondera? non satius foret exstinxisse litantes
 Ventribus, & fruges tantum consumere natos?
 Sic visum Superis: nec enim Tibi fata venire
 Vel casu, vel sorte putes. Sic occidis, *Heros*
Inchyte, nam postquam non te capit amplius orbis
 Invidus, & Parcæ renuunt modò parcere vitæ:
 Cœlicolùm patuere fores, animamq; lavatam
 Rore salutifero Christi, roseoq; cruore
 Purus, & electro similis, suscepic Olympus,







ferunt ex optatissimi nati! Et quid de filiabus Tuis dicam,
tui & seculi ornamentis? quæ & ipsæ nobilissimas familias, ge-
næ sanguine, in novas inclytasq; stirpes succrescente, illustrant? In-
prima, MARIA ELISABETHA (quæ lux & gloria fœmina-
generoso Dno JOHANNI SAMUELI HEISTERMANNO
LBERG collocata. HEISTERMANNUM autem cum dico,
ntum aliquod exemplum in omni cultu civili ac habitu perfecti
co. Ita enim in eum, & morum concinna Suavitas, & rerum
darum cum variâ eruditione peritia, atq; eximius planè animi
or confluerunt, ut quâ parte horum magis mereatur æstimari,
le oppidò sit decernere. Ego certè ab ipsis planè Gratiis elabora-
sse virum judico. MARIE ELISABETHÆ natu proxima
A MARGARETA, è celebratissimâ BROCKTORFIORUM
A MARQUARDO WOLFGANGO, heroi strenuo nupta.
citas est SOPHIÆ AUGUSTÆ, natu in hâc pul-
minimæ, quæ WOLFGANGO BUCHWALDIO,
pis generosissimæ propagini sociata, extendere in se-
m profapiam, & novas ac eminentiores in eam virtu-
promittit. Sunt hæc profectò bona omnia tanta, ut
n commemorationem oratio mihi vix suppetat, de-
atq; succubitura, si pro dignitate singula exornare in-
n esset. Retribuit DEUS pietati Tuæ, Excellen-
, quando inter medios fragores bellicos, inter alter-
mirabiles & periculosissimas vices, inter invidorum,
lorum insidias, odia, crudelissimasq; minas, Te ani-
fractum, integrâ gloriâ, florente famâ, constante
erum ac populi favore, dignitatibus salvis & insuper
vit, servavit, munivit, atq; ita evexit, ut vix amplius
is divina illa faventia potuisset adstruere. Tu intereâ,
Domine, inter tot ac tanta Tibi propria decora atq;
hil abis à pristinâ tuâ humanitate, & verecundiâ ac
â modestiâ. Quæ maximus Princeps, quæ Patria, quæ
Atlantæis tuis pro communi egregio exhaustis labori-
pendere, & promptissimâ manu Tibi tuisq; offert
i non nisi trepidè atq; cunctanter, hæsitans ac multum
i, ut modestissimi solent, admittis. Quæ res profectò
m in ejusmodi admirationem rapit, ut agnoscere pa-
inter omnes divini animi tui dotes, omnia decora,
se maximum, quod publico natus factusq; bono
edicari malis. Sunt omnia, quæ hæctenus de Te
mihi

